



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et  
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ  
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaranensis Thesaurarij  
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

**Barbosa, Agostinho**

**Venetiis, 1643**

De editione, & vsu sacrorum librorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14108**

## Decretum de editione &amp; vsu sacerorum librorum.

- 1 Scripturae sacrae verba non aliter intelligenda, nisi quemadmodum Ecclesia Catholica semper intellexit.
- 2 Scripturam interpretari licet prater proprium sensum a Patribus acceptum.
- 3 Libri non sunt imprimendi nisi prava licentia, Quid in Portugalia, & in Regnis Castellae ibid.
- 4 Libri non sunt imprimendi sine nomine Auctoris, vel certi Collegij, Literarum primarius vsus, ibid.
- 5 Typographie initium. ibid.
- Regulares de quorum licentia libros suos imprimerre possint.
- 6 Librorum probatio in scriptis danda, & cur. In librorum examinatione diligens adhibenda obseruatio, cur, ibid.
- 7 Prædicatores debent in suis concionibus abstinere a fabulis & falsis revelationibus.
- 8 Scripturarum sacrarum verba ad profanam, & vanam interpretationem convertere nefas est.
- 9 Episcopus grauius procedere potest contra quoscunque etiam laicos, torquentes sententias & verba S. Scriptura ad securilia, & fabulosa.
- 10 Prædicatores in suis Concionibus fabulas, & falsas revelationes prædicantes debent rigorose ac severè puniri ab Episcopis.

**I**nsuper eadem sacrosancta Synodus considerans non parum utilitatis accedere posse Ecclesie Dei, si ex omnibus Latinis editionibus, quæ circunservuntur, sacerorum librorum, quenam pro authentica habenda sit, innotescat, statuit, & declarat, vt hæc ipsa vetus & vulgata editio, quæ longo tempore secularum vsu, in ipsa Ecclesia probata est, in publicis lectionibus, disputationibus, predicationibus & expositionibus pro authenticâ habeatur, & vt nemo illam reiçere quois pretextu audeat, vel presumat.

¶ Cap. hæc. &c. cap. Adam in fin. 24. q. 3. & infra, l. 3, c. 2.  
b Hic Synodus in Truc. p. 9 quāpud Cont. o. cap. exi. circa fin. de verb. signific. in 6.  
e Sess. 10. de impressione librorum sub Leo. ne X.  
\* Vide post finem lib.

Præterea, ad coercendam petulantia ingenia, decernit, vt nemo, sua prudentia innixus, in rebus fidei, & morum, ad ædificationem doctrina Christianæ pertinentium, sacram Scripturam ad suos sensus contorquens, & contra eum sensum quem tenuit, & teneri sancta mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione Scripturarum sanctorum, aut etiam <sup>b</sup> contra vñaniūm consensum Patrum ipsam Scripturam sacram interpretari audeat, etiamsi huiusmodi interpretationes nullo vñquam tempore in lucē edendæ forent. Qui contra venerint, per Ordinarios declarantur, & poenitentia iure statutis puniantur.

Sed & impressoribus modum in hac parte, vt par est, imponere volens, qui iam sine modo, hoc est, putantes sibi licere quidquid liber, sine licentia superiorum Ecclesiasticorum, ipsos sacrae Scripturæ libros, & super illis annotationes, & expositiones quorumlibet indifferentes, sèpè tacito, sèpè etiam ementito prælo, & quod grauius est, y sine nomine auctoris imprimunt, alibi etiam impressos libros huiusmodi temerè venales habent, decernit, & statuit, vt posthac sacra Scriptura, potissimum verò hæc ipsa vetus & vulgata editio quam emendatissimè imprimatur, & nullique licet imprimere, vel imprimi facere quouslibet de rebus sacris sine nomine auctoris, neque illos in futurum vendere, aut etiam apud se retinere, nisi primum examinati, probati que fuerint ab Ordinario, sub pena anathematis & pecuniae <sup>c</sup>, & in Canonice Concilii nouissimi Lateranensis apposita.\* <sup>d</sup> Et si Regulares fuerint vitia examinationem, & probationem huiusmodi licentiam quoque a suis superioribus impetrare teneantur, recognitis per eos libris, iuxta formam suarum ordinationum. Qui autem scripto eos communicant, vel euulgant, nisi antea examinati probati que fuerint, eisdem poenis subiaceant, quibus impressores. Et qui eos habuerint, vel legerint, nisi prodiderint auctores, pro auctoriis habeantur. Ipsi verò huiusmodi librorum & probatio in scriptis detur, atque ideo in fronte libri, vel scripti vel impressi, authenticè appareat: idque totum, hoc est, & probatio, & examen, gratis fiat: vt probanda probentur, & reprobenetur improbanda. Posthac temeritatem illam reprimere volens, qua ad profana quaque conuertuntur, & torquentur verba & sententiae sacrae Scripturae, ad securilia scilicet, fabulosa, vana, adulaciones, detractiones, superstitiones impias & diabolicas incantationes, diuinationes, fortes, libellos etiam famosos, mandat, & præcipit, ad tollendum huiusmodi irreuerentiam & contemptum, ne de cetero quisquam quomodolibet verba Scripturaræ sacrae ad hæc, & similia audeat usurpare: vt omnes huius generis homines, temeratores & violatores verbi Dei, iuris & arbitrij poenis per Episcopos coerceantur.

## Indictio futura Sessionis.

Item hæc sacrosancta Synodus statuit & decernit, proximam futuram Sessionem tenendam & celebrandam esse Feria quinta, post sacratissimum Festum proximum Pentecost.

**C**ontra eum sensum, quem tenuit, &c.] Sacra Scriptura verba non aliter esse intelligenda, nisi quemadmodum Ecclesia Catholica semper intellexit, decreuerunt Patres in Concil. Mileuitano, cap. 2. docent Sebastiani Medicis in sum. commun. hæresis p. 1. q. 2. Martin. de Ayala de traditionibus Eccles. lib. 12. q. 7. Corduba lib. 4 quæst. Theolog. q. 1. propos. 6. vers. tertium signum vera Fidei, Cened. ad Decretal. collecti. 8. num. 5. cum seq. Fusc. de visitat. lib. 1. cap. 17.

num. 18. Emman. de Valle de ensalmis, & incantat. opus. 1. sect. 2. cap. 6. num. 27. & seqq. Azor. in fit. moral. part. 1. lib. 8. cap. 2. q. 1. vers. respondeo. Et Leo X. in Constat. 21. incip. superne Maiestatis, edita in Cone. generali Lateranen. sess. 2. communiationem Summo Pont. referuatam, tulit contra Prædicatores sacram Scripturam interpretantes iuxta sensum contrarium proprio sensui, & interpretationibus Doctorum ab Ecclesia, vel vsu approbatorum.

Vtrum

## Sessio IV.


7

- Vtrum hæc excommunicatio vsu recepta sit, cùm vsu  
recepta non esse omnes ferè alias eiusdem Concilij ex-  
communications testentur, Caiet, verb, excommunicatio,  
in fine, num. 81. Nauar. in Man. cap. 27, num. 110. & sequenti.  
Vide Soar. tom. 5, disp. 22, sect. 6, num. 8. Filluc, in quest, mo-  
ral. tract. 15, cap. 7, q. 6, num. 177.
2. Vtrum autem licitum sit interpretari Scripturam  
præter proprium sensum à Patribus acceptum? Affir-  
mant Bañes p. 1, q. 1, disp. 13, c. 2. Azor, instit. moral. p. 1, lib.  
8, c. 2, q. 3. Gabr. Vafq. p. 1, disp. 3, cap. 2. Bécan, in tract. de Fi-  
de c. 3, q. 6.
3. *¶ Sed & impressoribus, &c.* ] Concordat Concil. Lateranen. sub Leone X. sess. 10. de impressione librorum, vbi  
etiam statutum fuit quod nulli licet imprimere, vel im-  
primi facere quoslibet libros de rebus sacris sine nomine  
Auctoris, neque illos in futurum vendere, aut etiam  
apud se retinere, nisi primum examinati probati que  
fuerint ab Ordinario & sancta Inquisitione, sub pena  
anathematis, amissionis librorum, & pecuniae. Vide  
Castr. lib. 1. de poseſſ Logis penal. cap. 8. ver. est etiam quadam  
lex. Fusc. de visitat. lib. 2, cap. 31. num. 9. Felician. de censur. tir.  
de excommunicatio. cap. 14. ver. qui librum. pag. 95. Andr. Gambar.  
de officio, & poseſſ. Logati de Lateri lib. 2, num. 430. Steph.  
VVeyms in constitutione 24. ex iure antiquo desumptas, &  
per Concil. Trid. innovatas, constit. 24. num. 4. cum seqq. Alzed.  
de præcell. Episc. dignit. p. 2 cap. 6. num. 76. Machado en el per-  
ferto Confessor lib. 1. p. 3 tract. 4. docum. 4. num. 1. Valer. Regi-  
nald. in præfato ponit. lib. 19. cap. 15. seq. 4. num. 256. Ce-  
ned. ad Decretal. collect. 8. num. 7. Pias. in præf. Episcop. p. 2.  
cap. 3. num. 41. in princ. Homobon. de Bonis de examine Ec-  
clesiastico tract. 7. cap. 2. q. 9. in princ. Metipsum de officio, & po-  
testate Episcopi part. 2. alleg. 90. num. 12. Hieron. Roderic.  
in compendio quest. Regular. res. 1. lib. 89. num. 1. vbi ait, quod  
dictum decretum Lateranen. quantum ad licentiam  
Ordinarii confirmavit Tridentina Synodus in prefenti  
sub eiusdem premissa pecunia, & anathematis, subditique  
in Portugalia seruari dictum decretum Lateranen. &  
in Regnis Castelle viu receptum esse, vt sufficiat licen-  
tia supremi Consili Regi, iuxta legem Regiam, Azor.  
instit. moral. p. 1. lib. 8. cap. 17. q. 2. idem resolut de  
quacumque scriptura.
4. *¶ Si non nunc Auctoris* ] Propter imminentis periculum  
fallitatis, fraudis, aut doli, quod in similibus libris anonymis  
plerumque latere solet, cum sub incognita facie que-  
libet liberius, audaciusque proponatur, vt aduertit  
Steph. VVeyms d. consti. 24. num. 1. pag. 282. An sufficiat  
si nomen certi Collegij conuentus, vel vniuersitatis ap-  
ponatur? affirmat Azor. instit. moral. p. 1. lib. 8. c. 17. q. 3.  
Steph. VVeyms d. const. 24. num. 12.
- ¶ Nullaque licet imprimere, &c.* ] Magnum sane benefi-  
cium attulit vniuersito Orbi, ac Reip. litterariorum primatu-  
rus litterariorum vius, & carum colligendarum, seu con-  
seribendariorum ratio, quibus menuis nostra conceptus  
memoria mandare, alijque communicare, nono quasi  
loquendi genere datum fuit; sed nec minus beneficium  
prestut excellentissimum typographica artis inuentum,  
quo facilitata earundem litterariorum editione, seu expre-  
sione, ea quæ ante此 non nisi immenso labore, graui-  
misque sumptibus in scripturam redigi poterant, hodie  
compendiosiore methodo, & minoribus expensis ex  
vno authographo exiguo tempore plures multiplicitate  
redduntur, & cuique in publicum exhibenda comuni-  
cantur, quod eisdem inuentum, superiori Germania  
ac viri præcipue Moguntinae acceptum referunt Nau-  
cler, in sua chronographia vol. 2. generat. 49. ad annum 1440.  
Münsterus in sua cosmographia. lib. 3. Polyd. Virgil. de in-  
ventoribus rerum lib. 2. cap. 7. Henricus Panteleon de curiis  
illustribus Germania part. 2. ad annum 1440. Stephanus  
VVeyms ad constitutiones 24. ex antiquo iure desumptas. &  
per Concil. Trid. innovatas, constit. 24. num. 1 pagina 279.
- ¶ In canone Concilii nouissimi Lateranen. &c.* ] Cuius di-  
spositionem innouat Concilium Trident. in præsenti, vt  
dicit Stephan. VVeyms ad constitutiones 24. ex iure antiquo  
desumptas. & per Concil. Trid. innovatas, constit. 24. pag. 275.  
¶ seqq.
5. *¶ Et si Regulares fuerint, &c.* ] Vide Fr. Emman. quest.
- Regular. tom. 1. q. 3. art. 6. & tom. 2. quest. 104. art. 1. in fine. Gal-  
let. in Margarita casuum Conscient. verb, legere, Hieron. Ro-  
deric. in compendio quest. Regul. resol. 89. Metipsum de officio, &  
poseſſ. Episcopi, part. 3. alleg. 90. num. 14. Nouat. in sum. Bul-  
larij tit. de librorum impress. num. 2. alter Nouat. frater in tu-  
erna Religiosor. verb, impressio librorum, a princip. Tamburin.  
de iure Abbatum tom. 3. disp. 5. q. 11. num. 56.
- ¶ Qui autem scripto, &c.* ] Referunt quidam generaliter  
ad omnes eos, qui libros, vel scripturas qualibet ab Ordi-  
nario non examinatas, nec approbatas communicant,  
vel euulgant, sicut etiam conciones, lectiones, & annotationes  
de rebus sacris priuatum scriptas, publicare, aut  
alijs communicare tuta conscientia non posse credant,  
nisi examinatae & probatae prius fuerint. Alij autem  
existimant id magis restringendum & referendum so-  
lum ad scripta, seu libros contra prohibitionem im-  
pressos, aut imprimendos, & quos contingit aliquando vel nondum typis editos, vel antea semel execu-  
tos praua, aut fraudulenta intentione de integro trans-  
scribitur alijs communicari. Sed quicquid sit, referunt  
Azor. d. cap. 17. q. 4. & Stephan. VVeyms d. consti. 24. num.  
13 in fine, illud notorium esse quod virus ubique locorum  
tam paucis obtinuerit, vt orationes, prelectiones, & scri-  
pta similia, etiam de rebus sacris, sine prævia censura,  
& inscriptione nominis Auctoris alijs paucis & liberè  
communicentur, presertim quando nulla subest male-  
versationis iuficio. Lectiones, annotationes, disputa-  
tiones, conciones, & alia similia, necnon tractatus per-  
manentes, tum ad deuotionem, tum ad quietationem  
conscientiarum, simulationes Fratrum, & cætera humi-  
modi, quæ sibi iniucem communicant Fratres, non pos-  
se sine licentia Superiorum euulgari, refert decimum Ga-  
let. d. verb, legere 3. & resolut Aloy. Ricc. in decis. Curia  
Archiepis. deris. 260. num. 6. part. 4.
- ¶ Probatio in scriptis datur.* ] Ut scilicet promptior, cer-  
tiorque probatio omni occasione profici posset; & quo  
magis illius veritas vnicuique publicè possit innotescere,  
iubet Concilium, ut semper in fronte libri vel scripti, vel  
impressi authenticè examinatio, seu censura præponatur,  
vt aduertit Stephanus VVeyms d. constitutione 24.  
num. 10. pag. 282.
- ¶ Ut probanda probentur, & reprobentur improbanda.* ] Ex  
his verbis colligit Stephanus VVeyms d. constitutione 24.  
num. 8. pag. 281. in fine, quod in examinatione librorum  
diligens ac discreta adhiberi debet obseruatio, vt illi,  
qua Fidei Catholice, aut pietate, morumque honestat  
aliquo modo sunt contraria, exterminentur, & expun-  
gantur; eaque admittantur, seu probentur, que publico  
bono, ac Religioni potissimum Christiana, possint esse  
utilia, aut officiosa.
- ¶ Post hoc temeritatem, &c.* ] De prædicatoriibus quod  
debeant in suis concionibus abstinere a fabulis, & falsis  
reuelationibus, prius statuerat Concil. Lateranen. sub  
Leone X. sess. 2. quod res. 1. Frater Ludovicus Miranda  
in man. Prelator. tom. 1. quest. 50. artic. 1. concilio 1. & 2. Et de  
Prædicatorum munere, officio, & scientia, vide Gisbert.  
Scheuch de Ecclæst. vita, lib. 3. cap. 53. cuius sequentibus.
- ¶ Et sententia sacra Scriptura, &c.* ] Quod nebras sit, Scri-  
piturarum sacrarum verba ad profanam & vanam inter-  
pretationem conuertere, docet Azor. instit. moral.  
parte 1. lib. 8. cap. 2. q. 1. & 4. & vide ad quid, Emman. do  
Valle de incusat. & ensalm. opusculo 1. seq. 3. cap. 1. num. 2.
- ¶ Per Episcopos coevecentur.* ] Vide Moura de incusat. &  
ensalm. sect. 3. cap. 1. num. 5. ver. unde dicendum, Ioseph. Vela  
de potestate Episcop. circa punita & inquirenda crimin part.  
1. sub num. 79. Episcopum contra quicunque enim lai-  
cos torquentes sentencias, & verba sacra Scriptura ad  
scurrilia, & fabulosa grauius procedere posse, resolut  
Paul. Fule. de visitat. lib. 2. cap. 21. num. 34. aduertens inde  
factum esse, & optimè, vt in professione Fidei facienda à  
Prelatis, Theologis, & alijs, inferatur illa clausula inter  
alias sponsiones de admittenda sacra Scriptura & quod  
eam nunquam quisquam accipiet, & interpretabitur,  
nisi iuxta vnuanum sensum Patrum in constit. Pij IV.  
incipit. In iunctum nobis.
- Quod Prædicatores in suis Concionibus fabulas, &  
falsas

# Collectanea Doct. in Concil. Trid.

falsas revelationes prædicantes debeat rigorosè ac se-  
uerè puniri ab Episcopis diocesanis, ex Concilio Late-  
tan. d. s. 11. & ex hoc decreto, colligunt Ludou. Miran-  
da d. quæst. 50. art. 7. conclus. 1. H. Bonon. de Bonis de exa-  
mine Ecclesiast. tract. 11. cap. 7. quæst. 18. resolut. 3. in fine. Aloys.

Ricc. in decisione Curie Archiep. Neapol. decis. 397. num. 2.  
parte 4. Ioan. de Solerzano de Indiarum iure tom. 2. lib. 3.  
cap. 26. num. 64. & 65. Novar. in lucerna Religiof. verb. Predi-  
catores num. 1. pag. 202. Ego ipse de officio & potest. Episcopi  
pars. 3. alleg. 76. num. 48. & 49.



## SESSIO. V.

### Decretum de peccato originali.

- 1 Peccatum originale.
- 2 Infantes baptizandi.
- 3 Baptizari debent Christianorum paruuli recentes, quantumvis parentes recusarent.
- 4 Iudeorum, & aliorum infidelium infantes ante usum rationis inuitis parentibus licet baptizari non possunt.
- 5 Infans qua etate dicatur habere usum rationis.
- 6 Baptismus confert gratiam.
- 7 Peccatum originale, & peccata actualia, quæ commissa sunt ante Baptismum, remittit gratia in Baptismo producta.
- 8 Penitentiae in hac vita de facto non tollit Baptismus.
- 9 Concupiscentia manet in baptizatis. Peccatum non est in sensualitate sine consensu voluntatis. ibid.
- 10 Concepio immaculata B. Virginis.
- 11 Paulus V. quid statuerit circa conceptionem immaculatam B. Virginis.
- 12 Gregorius XV. de eadem re.
- 13 Predicatoribus Fratribus conceditur licentia in quibuscumque priuatis eorum colloquijs differere de materia Conceptionis B. Virginis.
- 14 Vniuersitates studiorum nonnullæ Statuto se affirixerunt defendendi opinionem piam immaculatæ Virginis in suo conceptu.

Hebr. 12.

Ephes. 1.  
Genes. 3.

Infra 117. &  
134.

Cœlesti. 1.  
p. 1. c. 44.  
Genes. 3.  
Hebr. 2.

I. Concil. A-  
rauicanum,  
205.

e Rom. 5.  
1. Cor. 15.  
Concil. A-  
rauicanum  
2. cap. 2.  
Rom. 5.  
d Cap. pla-  
cuit. c. rege-  
nerante. & c.  
quæris. in  
fin. de con-  
fess. dist. 4.

e 1. Tim. 2.

f 1. Cor. 1.  
Col. 1. cap.  
multipli. de  
pœn. dist. 4.  
g Act. 4.  
h Ioan. 1. c.  
nemo. de  
confer. dist.

i Galat. 3.  
l Con. Mile-  
nitian. c. 2.  
Con. Aphr.  
77. & c. pla-  
cuit. de cōf.  
dist. 4.  
m Rom. 5.  
cap. placuit  
c. quæris in  
fin. & c. rege-  
nerante. de  
conf. dist. 4.

T fides nostra Catholica, sine qua impossibile est placere Deo, purgatis erroribus, in sua sinceritate integra, & illibata permaneat: & ne populus Christianus omni vento doctrinæ circumferatur: cum Serpens ille antiquus, humani generis perpetuus hostis, inter plurima mala, quibus Ecclesia Dei his nostris temporibus perturbatur, etiam de peccato originali, eiusque remedio non solum noua, sed vetera etiam diffidia excitauerit: sacrosancta, ecclæsia, & generalis Tridentina Synodus in Spiritu sancto legitime congregata, presidentibus in ea eisdem tribus Apostolicæ Sedis Legatis, iam ad reuocandos errantes, & nutantes confirmandos accedere volens, sacrarum Scripturarum & sanctorum Patrum, ac probatissimorum Conciliorum testimonia, & ipsius Ecclesie iudicium & consensum fecuta, haec de ipso peccato originali statuit, statet, & declarat.

1. a Si quis non confiteretur primum hominem Adam, cum mandatum Dei in paradiso fuisset transgressus, statum, sanitatem, & iustitiam, in qua constitutus fuerat, amississe, incurrisseque per offensam prævaricationis huiusmodi iram, & indignationem Dei, atque ideo mortem, quam antea illi comminatus fuerat Deus, & cum morte captiuitatem sub eius potestate, b qui mortis deinde habuit imperium, hoc est, diaboli; totumque Adam per illam prævaricationis offensam, secundum corpus, & animam in deterius commutatum fuisse, anathema sit.

2. Si quis Adæ prævaricationem sibi soli, & non eius propagini, afferit nocuisse: & acceptam à Deo sanctitatem, & iustitiam, quam perdidit, sibi soli, & non nobis etiam eum perdidisse; aut inquinatum illum per inobedientię peccatum, mortem & penas corporis tantum in omne genus humanum transfusisse, non autem & peccatum, quod mors est animæ, anathema sit, cùm contradicat Apostolo dicentes: Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt.

3. b Si quis hoc Adæ peccatum, quod origine unum est, & propagatione, non imitatione transsumit omnibus inest vnicuique proprium, vel per humanæ naturæ vires, vel per aliud remedium afferit tolli, quâm per meritum unius mediotoris Domini nostri Iesu Christi c, qui nos Deo reconciliavit in sanguine suo, factus nobis f iustitia, sanctificatio, & redemptio, aut negat ipsum Christi Iesu meritum per Baptismi Sacramentum in forma Ecclesiæ ritè collatum, tam adultis, quam parvulis applicari, anathema sit: quia non e est aliud nomen sub celo datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri. Vnde illa h vox: Ecce Agnus Dei: Ecce qui tollit peccata mundi. Et illa: i Quicumque baptizati estis, Christum induitis.

4. c Si quis parvulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat, etiam si fuerint a baptizatis parentibus orti, aut dicit l in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lauacro necesse sit expiari ad vitam æternam consequendam, vnde fit consequens, vt in eis forma Baptismatis, in remissioni peccatorum non vera, sed falsa intelligatur, anathema sit, quoniam non aliter intelligendum est id, quod dixit Apostolus: m Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt, nisi quemadmodum Ecclesia Catholica vbiique diffusa semper intellexit: propter hanc enim regulam fidei ex traditione Apostolorum, etiam parvuli, qui nihil peccatorum in se metipsis adhuc committere potuerunt, ideo in remissionem peccatorum veraciter baptizantur, vt in eis regene-